Die digitale Landesbibliothek Oberösterreich

oö landes bibliothek

Terms and Conditions

The Library provides access to digitized documents strictly for noncommercial educational, research and private purposes and makes no warranty with regard to their use for other purposes. Some of our collections are protected by copyright. Publication and/or broadcast in any form (including electronic) requires prior written permission from the Library.

Each copy of any part of this document must contain there Terms and Conditions. With the usage of the library's online system to access or download a digitized document you accept there Terms and Conditions.

Reproductions of material on the web site may not be made for or donated to other repositories, nor may be further reproduced without written permission from the Library

For reproduction requests and permissions, please contact us. If citing materials, please give proper attribution of the source.

Imprint:
Director: Mag. Renate Plöchl
Deputy director: Mag. Julian Sagmeister
Owner of medium: Oberösterreichische Landesbibliothek
Publisher: Oberösterreichische Landesbibliothek, 4021 Linz, Schillerplatz 2

Contact:
Email: landesbibliothek(at)ooe.gv.at
Telephone: +43(732) 7720-53100

subtilitate siue subē opilationes aperiat. Notandū insuper q̃ licet vina dulcia et alia nutrientia dulcia opilent epar et splenē. deopilant tñ ipm pulmonē. Et rō quare non opilant pulmonē sicut epar et splenē est. quia a dulcibus in transitu suo per meri nil nisi subtile ad ipm resudat. et sanguis genit9 ex rebus dulcibus ad pulmonē venit iam purificatus in epate prius et corde subtiliatus. Et istud vult Ga. in cō. illius cano. 3. parti. regimis acutorum. dulcis potus. Item vina dulcia minus inebriant ꝓ̃m Hypo. 3. pti. regimis acutorū cano. illo Hentē lenius percunt ꝯ̃ reliqua fortiora vina. Ex predictis cōcludi potest q̃ si bibat vinū ratione nutritiōis corporis restaurationis et impinguatiōis. sicut cōtigit in his qui macri sunt siue naturaliter siue accidentaliter: tunc cōpetunt vina dulcia et grossa sufficienter colorata. Talia eñ vina sunt sufficienter nutritiua et deperditi restauratiua. et corporū impinguatiua. vnde cōuenientiora sunt ad impinguādum corpora macra. Et per oppositū si intendamus nō nutritionē nec deperditorū restaurationē nec impinguationē vt cōtingit in his qui sunt multū carnosi et pingues. tunc vina subtilia nō dulcia. sed sapore amicabili odorifera ad albedinem declinantia sufficienter fortia eligenda sunt. Si vero detur vinū ad sitis extinctionē: tunc vinū albā subtile debile est eligibilius. tale eñ vinū magis humectat et infrigidat: et perconsequēs melius extinguit sitim. et quanto sitis est maior tanto tale vinū est cōuenientius. Si vero vinū detur ad spiritū confortationem. ꝛ reparationē et virtutis confortationē. tūc debet dari vinū subtile odoriferum saporis delectabilis. mediocris coloris. sufficiētis fortitudīs. Et tale vinum debet sumi cū pauco cibo: et debet esse depuratū ab vtraq̃ superfluitate. ꝛ debet sumi pauca quātitate. Si vero intendamus pectoris et pulmonis mundificationem et ventris laxationē. tunc vina mediocris substantie. sapore dulcia sunt magis eligibilia. ¶ Secūdo ponunt duo nocumēta nimie potationis vini rubei. Primū est q̃ nimia bibitio vini rubei cōstipat ventrem. ꝛ. duros facit rece ssus seu difficulter habere egestionē. Cuius causa ꝓ̃m aliquos est. quia tale vinum rubeū plus ceteris paribus est calefactiuū et magis nutritiuū. Inquantū eñ plus est calidū magis exsiccat. et inquantū magis nutritiuū auidius a natura retinet. Potest tñ textus intelligi de nimia potatione vini rubei stipticī aut ponticī. ex qua stipticat et constipat venter ꝓpter stipticitatē et ponticitatē vini Circa istud tamē sciendum est q̃ si exhibeatur vinum ad stomachi et viscerum contentiue fortificationem eligemus vina grossa pontica vel stiptica rubea vel nigra. sicut contingit in habentibus fluxum ventris propter debilitatem contentiue stomachi Et istud vult Hypocras tertia particula regiminis acutorum cano ne illo. palmeus quidem et niger. et similiter Sallenus in commento illius. Sed si intendamus confortatione indigestioni competunt vina subtilia vel mediocria in substantia et colore boni odoris et conuenientis saporis et sufficientis vigoris aliqualis stipticitatis. Secundum est exasperatio gutturis siue rauceꝛdo quam inducunt aliqua vina intense rubedinis propter eorum siccitatem et terrestreitatem. Et istud nocumentum etiam contingit ex vinis rubeis patrie Brabantie propter eorum stipticitatem et terrestreitatem. Et maxime quando musta sunt vina predicta istud nocumentum secundum contingit. non tamē primum. quia mustum magne rubedinis solet inducere ventris fluxum propter feces suas terrestres cum eo mixtas que si mordicatione mordicant intestina. ex qua mordicatione fluxus ventris causatur. Et tale vinum non debet bibi mustum id est ꝯ̃diu fuerit turbidū et bulliēs. Quia ex quo ipsum est mordicans ꝓpter suas feces terrestres. ab eo etiā eleuat fumus mordicās. q̃ ad cerebrū veniēs suamordicitate mordicat oculos atq̃ rubificat. Et istud etiā intelligendū est de istis mustis patrie Brabantie siue rubeis siue albis ꝓpter eorū terrestreitatē. Causa aūt quare iste fumus est mordificatiuus est. quia vinū a quo dissol